

Res publica litterarum – утопия или реалност?
От Сенека през бл. Августин, Еразъм, Рункен до Едмънд Бърк и
съвременните технологии.

Димитър Драгнев

София, 15.12.2017 г., Годишни четения на АРУКО

SENECA, DE OTIO, IV.

„1. Duas res publicas animo complectamur, alteram magnam et uere publicam qua di atque homines continentur, in qua non ad hunc angulum respicimus aut ad illum sed terminos ciuitatis nostrae cum sole metimur, alteram cui nos adscripsit condicio nascendi; haec aut Atheniensium erit aut Carthaginiensium aut alterius alicuius urbis quae non ad omnis pertineat homines sed ad certos. Quidam eodem tempore utrique rei publicae dant operam, maiori minorique, quidam tantum minori, quidam tantum maiori. 2. Huic maiori rei publicae et in otio deseruire possumus, immo uero nescio an in otio melius, ut quaeramus quid sit uirtus, una pluresne sint, natura an ars bonos uiros faciat; unum sit hoc quod maria terrasque et mari ac terris inserta complectitur, an multa eiusmodi corpora deus sparserit;“

ГАЛ. 4:22-26.

„22. Защото писано е: Авраам имаше двама синове, един от робинята, а друг от свободната....24. Това се разбира иносказателно. Това са двата завета, единият от Синайската планина, който ражда за робство и който е Агар, 25. понеже Агар означава планина Синай в Арабия и съответствува на сегашния Йерусалим и робува с децата си; 26. а горният Йерусалим е свободен: той е майка на всинца ни.“

PETRARCA, DE REMEDIIS UTRIVSQUE FORTUNAE, PRAEFATIO

„[Q]uanta, oro te, gratia, claris et probatis scriptoribus est habenda, qui multis ante nos seculis in terram versi, divinis ingeniis institutisque sanctissimis nobiscum vivunt, cohabitant, colloquuntur interque perpetuos animorum fluctus, ceu totidem lucida sidera et firmamento veritatis affixa, ceu totidem suaves ac felices aure, totidem industrii ac experti naute et portum nobis quietis ostendunt et eo voluntatum nostrarum lenta carbasa promovent et fluitantis anime gubernaculum regunt, quoad tantis procellis agitata consilia tandem sistat ac temperet?”

LAURENTIUS VALLA, DE ELEGANTIIS LINGVAE LATINAE, PRAEFATIO

„Amisimus Romam, amisimus regnum atque dominatum; tametsi non nostra sed temporum culpa; verum tamen per hunc splendidiorem dominatum in magna adhuc orbis parte regnamus. Nostra est Italia, nostra Galia, nostra Hispania, Germania, Pannonia, Dalmatia, Illyricum, multaeque aliae nationes. Ibi namque Romanum imperium est ubicumque Romana lingua dominatur.“

DESIDERIUS ERASMUS, ADAGIA, 1001.

“At qui litteras collapsas vindicat, nam id pêne difficilius quam genuisse, primum rem sacram molitur et immortalem, tum non unius alicujus provinciae, sed omnium ubique gentium, omnium seculorum negotium agit. Postremo quondam principum hoc munus erat, inter quos prae cipua Ptolomaei gloria. Quamquam hujus bibliotheca domesticis et angustis parietibus continebatur, Aldus bibliothecam molitur, cujus non alia septa sint, quam ipsius orbis.”

D. WYTTENBACHII, VITA DAVIDIS RUHNKENII, LUGDUNI BATAVORUM, 1799, P. 226

„Doctrinae homines studiosi sunt cives duarum civitatum: popularis, in qua quisque vivit: et litteratae, dispersae ac diffusae per omnes populares civitates, quae tot sunt, quot sunt populi diversa ab aliis sibi propria oratione et lingua utentes. Litteratae civitatis una est communis lingua Latina. Hanc linguam ita tenere, ut huius civitatis quamvis late patentis vinculum contineatur, ut te omnes cives et intelligant, et cum delectatione, animi affectu, doctrinae ac virtutis fructu, legant et audiant; nonne praeclara quaedam est facultas.”

EDMUND BURKE, REFLECTIONS ON THE REVOLUTION IN FRANCE, 359.

„Society is, indeed, a contract. Subordinate contracts for objects of mere occasional interest may be dissolved at pleasure; but the state ought not to be considered as nothing better than a partnership agreement in a trade of pepper and coffee, calico or tobacco, or some other such low concern, to be taken up for a little temporary interest, and to be dissolved by the fancy of the parties. It is to be looked on with other reverence; because it is not a partnership in things subservient only to the gross animal existence of a temporary and perishable nature. It is a partnership in all science, a partnership in all art, a partnership in every virtue and in all perfection. As the ends of such a partnership cannot be obtained in many generations, it becomes a partnership not only between those who are living, but between those who are living, those who are dead, and those who are to be born.“